Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8217
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De Calendario correcto

Constantinus Magnus Imp. Romanorum, cum à nato Chro 314 patri Constantino in Imperium occidentis successisset, armisq, sumptis contra Maxentium, qui crudelem tyrannidem Romae exercebat, multa cogitatione distinere, tur quem Deum tutelarem sibi colendum desumeret, Christianorum pietatem prae reliquis Dis, laudabat, sed tamen ad fidei sacra necdum accesserat, q cura uti erat uno principe digna ita diuino fauere subleuata est; Nam coelo sereno à meridie ducenti exercitum, signum luridae crucis supra orbem Solis cum hac addita scriptura IN HOC VINCE, manifesto consecrandum apparet, quo caelesti osento admonitus, tota mente Christi cultum amplectitur, mandatq, vt militibus suis simile uisae Crucis trophaeum efferatur, quo contra Maxentium aliosq, hostes semper feliciter usus est, sicuti Eusebius Pamphilq in Panegyrico ipsius Constantini, & Socrat. in historia Ecclesiastica describunt.

Roma itaq, liberata à tyrannide, posteaq, Licinio qui in Oriente Christianos crudeliter persequebatur, deuicto, solus toto Imperio potitur, pace omnibus Ecclesijs restituta. Sed mox Sathanas qui nunquam cessat persequi Euangelium Dei, Arrium excitat, q doceret Chrm hominem, sed non Deum fuisse, qua opinione primum Aegyptum, Deinde alias regiones uicinas plurimum infecit atq, perturbarit.